# CATOSSI TROCTAE STOI-
# CI ANNOTATIONES IN
# POMPONII GAVRI-
# CI ELEGIAS.

BRASICA

© Biblioteca Comunale Sassari

## D. HERCVLIS GIRLANDI POETAE MANTVANI.

Cum Naſo ſuperas hominum delinqueret auras,
Cumq; umbras moriens Tartareas peteret,
Hæc dixit: cecini Charitas, Nymphasq;, iocoſq;:
Et docui quid Amor, quid Cytheræa queat.
Iā nymphæ, charites, muſæ, venus aurea, amores
Vos mea, ſed ſine me turba valete diu.
Pōponius citharam hāc, ſceptrū hoc, meus alter habeto.
Vnus hic eſto hæres artis apollineæ.
Vos, mihi quæ ſemper fauiſtis numina, eandem
Pomponio uati ferte precamur opem.
Dixit, & in longam languentia lumina noctem
Clauſit: in alta leuis ſpiritus aſtra abiit.
Pomponio ergo adſunt vati tot numina: quare
Hoc doctum, & lepidum perlege lector opus.

## DECIVS APRANIVS TRAIANO GABANILIO. S. S.

e

N tibi Magne Troianorum Dux Traiane Pomponii Gaurici noſtri Elegiarum quas nuper Scripſit libellum damus, Vt quas tu, dum à me pronunciabantur, uehementiſſime laudabas, eas ipſas dum tecum lectitabis, magis ac magis etiam admirari ualeas, De illius quidem uiri laudibus aliquid hoc tempore dicerem, niſi minime neceſſarium eſſe putarē, Quis enim Herculem non laudat? Et niſi Ego, propter intimam à teneris annis cum illo familiaritatem, aliquantulum ſuſpectus uiderer, Nam tuum de illo iudicium, cui ſoli placuiſſe ſumma demū ac perfectiſſima laus eſt, pulcherrime teneo, Quippe ꝗ unum Pomponium Gauricum non dubites in omni ſermone doctiſſimum atq; elegantiſſimum appellare, Quod autem ad Elegias attinet, ſic habeto, omnes quidem ipſius libellos admirabiles uideri, Hunc ipſum uero diuinam quādam eruditionem in ſe continere, utpote qui unus, Vide quid dicam, omnium græcorum poetarum uirtutes, Aeſchili ἐκπληκτικὸν, Sophoclis ἐλεγιακὸν, Euripidis γνω



© Biblioteca Comunale Sassari

μικὸν, quin & id quod de carminibus ſuis Cicero gloriatus fuit, omne Iſocratis μυροθήκιον, & Ariſtotelis pigmenta, conſumpſiſſe videatur, quod ita eſſe, partim ex te ipſo diiudicabis, partim etiã Catoſſianæ adnotationes, quas hic ſubſcribendas curaui, manifeſtiſſimum facere poterunt. Vale.

# CATOSSVS TROCTA STOICVS SERIANO CARACIOLO MELPHITANORVM PRINCIPI. S. S.

X quo Ego è noſtris Lucanis Neapolim adueni nunquam equidem deſtiti, aliquid libellulorum, qui ab Venetiis ex Aldina officina allati nuperrime eſſent, quotidie ad uos mittere, ſciebam enim nullam aliam ſupelleƈtilẽ tibi preciosiorem haberi, q̃ eam quæ ex optimis libris conſtare uideretur, ut ſcilicet unus hac noſtra tempeſtate eſſes qui optimi ac ſanƈtiſſimi principis nomẽ conſequereris, & ab iſtis aliis q̃ maxime differres quibus unum ſtudiũ unaq; magna nobilitas eſt, quemadmodum ſemel in unam fortunæ aleam, ſuos omnes cenſus, immo miſerorum populorum ſanguinem, atq; animas, magno animo, conſtantiq; uultu profudiſſe uideantur, miſi igitur libellos complures tum græcos tum latinos, quos intra pugnũ ferre ſine ullo impedimento poſſes, Nunc Pomponii Gaurici noſtri elegiarum hunc libellum mitto, quẽ ut ſæpe ac ſæpius legas uolo, Spero enim ita tibi placiturum eſſe ut dicas, Veriſſimum eſſe id quod

© Biblioteca Comunale Sassari

ego ſemper palàm prædicare ſolitus ſum, Solum Pomponium Gauricum eſſe, Qui rectã illam ſcribendi rationem quam græci χαρακτῆρα, noſtri ſtilum nominauerunt, perfectisſime teneat, Quem enim ex ipſorum etiam Antiquorum Poetarum libellis leges, in quo plura ornamentorum genera cõtineri reperiãtur, Tot contrapoſita, Tot ſimiliter cadentia, tot translata, tot grauiter ac ſapiẽter dicta, MATERIAM uero uidebis, neq; humilem, neq; uulgarem, de Nemeſi, Delia, Cynthia & Corinna, Quas ipſi iã Amatores uel meretrices uel impudicas maritas fuiſſe ſcribunt, Sed de illa quã ipſe merito (ut omnes ſcimus) Celeſtem Venerem appellat, Honeſtam atq; Sublimẽ, Vbi omnes Heroici amoris τὰ πάθη atq; affectiones explicantur, Vehementes animorum perturbationes, Iræ, Curæ, Cogitationes, Et quas græco uocabulo ζηλοτυπίας dicimus, Suſpitiones, Vota, Diræ, Imprecationes, Inſania, Aegritudo, Phreneſis, Mors ipſa, Deniq; poſt mortem etiam errantis animæ dolor, itaq; quaſi quandam integram & abſolutã de ſeipſo factam Tragœdiã admirabere. MIRAM uero eruditionem eius ac doctrinam ut facilius intelligas, planeq; dignoſcas eius orationem non eſſe uti iſtorum, Caſu quodam atq; uti ſors tulerit factam, Sed ſumma ratione compoſitã, & ex intimis Priſcorum poetarum penetralibus erutam, conſtitui hoc in loco quendam uelut indicem eorum locorum, quos ex græcis authoribus ad rem ſuam aptisſime tranſtulerit, ſubnotare.

ELEGIA III. Heu heu mortales, Euripides ĩ Medea, φεῦ φεῦ βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα.

ELEGIA IIII. Iupiter omnipotens, hi octo ſequentes uerſus ex Euripidis Hippolyto recitantur, ὦ ζεῦ τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν, γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας & quæ ſecuntur.

ELEGIA VII, Tota ex his duobus Euripidis in Medea uerſiculis concinnata eſt, βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶν πίστιν μεγίστην καὶ θεοὺς μαρτύρεται, Non bene ſtricta manus, φεῦ δεξιὰ χεὶρ ἧς σὺ πολλὰ ἐλαμβάνου Miſero ſit mihi poſſe mori, Sophocles in Electra, οὐ γὰρ θανεῖν ἔχθιστον ἀλλ᾽ ὅταν θανεῖν χρήζων τις, εἶτα μηδὲ τοῦτ᾽ ἔχη λαβεῖν. Item Euripides in Heraclidis, τὸ γὰρ θανεῖν κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται, Ruſtica progenies, Sophocles in Aiace, ὅτου δὲ ἀπορρεῖ μνήστις εὖ πεπονθότος οὐκ ἂν γένοιτό ποτε οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ.

ELEGIA IX. Et nunc ſic rerum Teucer apud Sophoclem in Aiace exprobrãs Menelao, οὐ μνημονεύεις &c. ὁ δὲ ἦν πράττων τάδε.

ELEGIA X. Tergeminæ diuæ, recitat principium elegiæ quam de dominæ ſuæ laudibus ſcripſerat, ſumptum ex pindaro in ultima olympiacon

© Biblioteca Comunale Sassari

ode. οὔτε γὰρ θεοὶ, σεμνᾶν χαρίτων ἄτερ, κοιρανέοντι χοροὺς, οὔτε δαῖτας, ἀλλὰ πάντων ταμίαι ἔργων ἐν οὐρανῷ, & quæ ſequuntur.

IN EPIPHANIA, Seruate pudorē apud Sophoclem in Aiace Pallas ſic loquitur, τοὺς δὲ σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι κακούς.

ELEGIA XIII. Vſqueadeo non cauſa placet, Euripides in Helena, μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν, τὰ κτητὰ δὲ κτᾶσθαι κελεύει πάντας οὐκ εἰς ἁρπαγάς,

ELEGIA XVI. Mox ego res peragens, ex Tyrtæo qui ita ait, ἔρδων δὲ ὄβριμα ἔργα, διδασκέσθω πολεμίζειν.

ELEGIA XVII. Ille decus iuuenum, Totus hic locus ex Aiace Sophoclis eſt, ſic enim ille ait, ὁρᾷς τὸν θρασὺν, τὸν εὐκάρδιον, τὸν ἐν μάχαις ἄτρεστον τὸν δεινὸν χέρας, Tu mihi tantorum Ἰὼ πάνθ᾽ ὁρῶν, ἁπάντων τ᾽ ἀεὶ κακῶν ὄργανον, τέκνον Λαρτίου, At tu nunc gaudes nunc riſum ducis, ἦ που πολὺν γέλωτα ὑφ᾽ ἡδονῆς ἄγεις, O tu ſumme parens, ὦ Ζεῦ προγόνων προπάτωρ, Non erit, πῶς ἂν τὸν αἱμυλώτατον ἐχθρὸν ἄλημα τούς τε δισσάρχας ὀλέσας βασιλῆς, Quid tum ſi moriar, τέλος θάνοιμι κ᾽αὐτός. Quiſquis ab indignis, αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου, κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται, Quiſquis iners, ὅστις κενοῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται, Is mihi nō homines iter

οὐκ ἂν

οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτόν. Sed decet in genuos ἀλλ᾽ ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή, Nam quid longa dies; τί γὰρ παρ᾽ ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει προσθεῖσα κἀναθεῖσα τοῦ γε κατθανεῖν, Mortalis dolor οὐκ ἔτι τοῦτον τλητόν, Querendus fato, πεῖρά τις ζητητέα, Ibo ego, ἀλλὰ δῆτ᾽ ἰὼν πρὸς ἔρυμα Τρώων ξυμπεσὼν μόνος μόνοις, καὶ δρῶν τι χρηστὸν, Vt ſic egregie, εἶτα λοίσθιον θάνω, Sed nihil illa, ἀλλ᾽ ὧδέ γε Ἀτρείδας εὐφραίνοι μέ που, Quod doleat, οὐκ ἔστι ταῦτα. Et quæ ſequuntur.

ELEGIA XVIII, Fœmina ſic potuit, Sophocles in Trachiniis, γυνὴ δὲ θῆλυς οὖσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα, Sed non qua gliſſus, lernuſq;. Qu. Calaber qui Homeri paralipomena ſcripſit, in primo libro ſic, Ἔνθ᾽ ἕλε Πενθεσίλεια Μολίονα Περσίνοόν τε Ἐλίασόν τε καὶ Ἀντίθεον, καὶ Ἀγήνορα λέρνον, Quid tali homine peius erat? Euripides, ὦ παγκάκιστη, καὶ γυνή, τί γὰρ λέγων μεῖζον σοῦ δὲ ὄνειδος ἐξείποι τις ἄν, Hiberni fluctus, Ex ipſo Euripde totum hunc locum atteſtatur, Δεινὰ μὲν ἀλκὴ κυμάτων θαλασσίων, δειναὶ δὲ ποταμοῦ καὶ πυρὸς θερμοῦ πνοαί, δεινὸν δὲ καὶ πενία, δεινὰ δὲ καὶ ἄλλα μυρία, ἀλλ᾽ οὐδὲν οὕτω δεινὸν, ὡς γυνή, κακή, Tale genus, idem Euripides in Hecuba, γένος γὰρ οὔτε πόντος, οὔτε γῆ τρέφει τοιόνδ᾽. Si ſolæ fraudes, εἰ γὰρ δύ



© Biblioteca Comunale Sassari

λοισιν ἦν τὸ νικητήριον, ἡμεῖς ἂν ἀνδρῶν εἴχομεν τυ
ραννίδα, Non vllus poſſet ſermo, οὐδ᾽ ἂν γένοιτο
γράμμα τοιοῦτο ἐν γραφῇ, οὐδ᾽ ἂν λόγος δείξειεν,
Idem in Hippolyto μισῶν δὲ οὔποτε ἐμπλησθήσο-
μαι γυναῖκας, οὐδ᾽ εἴ φησί τίς με ἀεὶ λέγειν, ἀεὶ γὰρ
οὖν πῶς εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί, Debueras Rapi-
dam Scyllam. Euripides in Medea, καὶ λέαιναν,
εἰ βούλει κάλει, καὶ σκύλλαν, ἣ τυρσηνὸν ᾤκησε
πέδον, Idem in eodem Iaſon. n. ſic loquitur, λέαι-
ναν οὐ γυναῖκα τῆς τυρσηνίδος σκύλλης ἔχουσαν,
ἀγριοτέραν φύσιν,

ELEGIA XIX, Somne potens ſuperū Or-
pheus in hymno ſic. ὕπνε ἄναξ μακάρων πάντων,
θνητῶν τ᾽ ἀνθρώπων, καὶ πάντων ζώων, Et quæ
ſecuntur, Tu noſtras omnes curas, λυσιμέριμνε κό-
πων ἡδεῖαν ἔχων ἀνάπαυσιν, καὶ πάσης λύπης ἱε-
ρὸν παραμύθιον ἔρδων tu mortem, καὶ θανάτου με-
λέτην ἐπάγεις Corpora nam tenues animæ ψυ-
χὰς διασώζων.

ELEGIA XX. Quo tu nec uiuus nec mortu
us, Theocritus, οὐδ᾽ ἔγνω πότερον τεθνήκαμες καὶ
ζωοὶ εἶμες,

ELEGIA XXI, Dii quondam irati Ex theo
gnide, ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλὴ ἔνε
στι. Ἄλλος δ᾽ οὔλυμπον ἐκπρολιπόντες ἔβαν.

ALMA FIDES, ᾤχετο μὲν πίστις μεγάλη θεός,
ᾤχετο δ᾽ ἀνδρῶν σωφροσύνη, χάριτές τ᾽ ὦ φίλε

γῆν ἔλιπον, Per claram oſtendens Secundum eum
qui dixit, τὰς ἐλπίδας γρηγορούντων ἐνύπνια,
Expectans ſiquis Ioue natus, ut apud Euripidem
in Alceſtide, Hercules, Si qua Diana, ut in Hip
polyto, Siqua Thetis ut ī Andromache, Siquis ca
ſtor, ut in omnibus naufragiis, Ipſe quidē moriar,
Idem Theognis, Δηρὸν γὰρ ἔνερθεν γῆς ὀλέσας
ψυχὴν κείσομαι, Nec te ſol Magne λείψω δ᾽ ἐρα-
τὸν φάος ἠελίοιο. Poſt me alii, τάχ᾽ ἄντινες ἄλλοι
ἔσονται ἄνδρες, Aſt ego terra, Ἐγὼ δὲ θανὼν γαῖα
μέλαινα ἔσομαι, Aſt ego Puluis. Phocyllides, λυό
μενοι κόνις ἐσμέν. Spiritus aerias, ἀὴρ δ᾽ ἀνὰ πνεῦ
μα δέδεκται. Aſt Anima, ψυχὴ δὲ ἀθάνατος καὶ
ἀγήρως ζῇ διὰ παντός. Vos qui uenturum, Theo
gnis, ξυνὸν δ᾽ ἀνθρώποις ὑποθήσομαι. Quiſq;
ſuos, ὄφρα τις ἥβης ἄγλαον ἄνθος ἔχων, καὶ φρε-
σὶν ἐσθλὰ νοῇ, τῶν αὐτοῦ κτεάνων εὖ πασχέμεν.
Nam neque bis, οὐ γὰρ ἀνηβᾶν δὶς πέλεται πρὸς
θεῶν. Nec fugids, οὐ λύσις θανάτου θνητοῖς ἀνθρώ
ποισι, Et poſtquam eſt, οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐπεὶ πο-
τε γαῖα καλύψῃ ἔς τ᾽ ἔρεβος καταβῇ δῶμά τε περ
σεφόνης, Gaudia nulla, οὔτε λύρης οὔτ᾽ αὐλητῆ-
ρος ἀκούων, Et ſitiens, οὔτε διονύσου δῶρα ἐπαει-
ράμενος, Sed tamē æolides Siſyphus, ἀλλ᾽ ἄρα καὶ
κεῖθεν σίσυφος πάλιν ἤλυθεν ἥρως ἐς φάος ἠελίου
σφῇσι πολυφροσύναις, Item, ὅστε καὶ ἐξ ἀίδαο πο
λυιδρίῃσιν ἀνῆλθεν, πείσας Φερσεφόνην αἱμυλίοις



© Biblioteca Comunale Sassari

σι λόγοις, Ter felix, ὦ μάκαρ, εὐδαίμων τε, καὶ ὄλβιος, Qui curarũ, ὅστις ἄπειρος ἄθλων, Vitam deſeruiſſe, εἰς ἀΐδου δῶμα μέλαν κατέβη.

ELEGIA XXII, Non ita Maurus Equus, Idem Theognis, αἶψα γὰρ ὥστε νόημα παρέρχεται ἄγλαος ἥβη, οὐδ' ἵππων ὁρμὴ γίνεται ὠκυτέρη, Non ita per noctem ſomnia uiſa, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιος γίνεται ὥσπερ ὄναρ ἥβη τιμήεσσα, Occupat & tremulum, τὸ δ' οὐλόμενον καὶ ἄμορφον αὐτίκα ὑπὲρ κεφαλῆς γῆρας ὑπερκρέμαται, Stulti mortales, ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι, οἵ τε θανόντας κλαίουσιν οὔθ' ἥβης ἄνθος ἀπολλύμενον, Pauperies male dicta, ἀδειλὴ πενίη, Quis; dum te fugiat, Non ſe de rupibus altis, Plus eſt hoc q̃ quod Theognis dixit, χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον ῥιπτεῖν ἢ πετρῶν κύρνε κατ' ἠλιβάτων, Fugiendam omnino paupertatem, Et in altum Mare ac ſcopulos proiiciendam,

ELEGIA XXIII, Quid miſerum ad ſuperos, Sophocles in Philectote, τί με δῆτα ἔχεις ἄνω βλέποντα, ἢ οὐκ ἀφῆκας εἰς ἅδου μολεῖν, Expers naufragii, Hos quatuor uerſus ex duobus Aeſchyli uerſiculis per commutationem ſyllabæ πη̄ in κō in uerbo πημάτων, Pulcherrime concinnauit, Quod non ſine magno myſterio factum a ipſo didicimus, Sic autem apud illum prometheus, ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει, παραινεῖν τε καὶ νουθετεῖν τοὺς κακῶς πράσσοντας, Iſta tibi ætheria Sophocles in Aiace, ἥκοι γὰρ ἀνθεία νόσος, Idem in Philoctete, σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης, Quem ſuperi miſere dei, Aeſchylus in Perſis, ὅμως δ' ἀνάγκη πήμονας βροτοῖς φέρειν, θεῶν διδόντων, Item Sophocles in eodem Philoctete, ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας ἐστ' ἀναγκαῖον φέρειν, Item Euripides in Phœniſſis, δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν, Rurſus, τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν, Qui ſua damna fouet, Sophocles in Philoctete, ὅσοι δ' ἑκουσίοισιν ἔγκεινται βλάβαις ὥσπερ σὺ, τούτοις οὔτε συγγνώμην ἔχειν δίκαιόν ἐστ', οὔτ' ἐποικτείρειν τινὰ, In terris nemo, Sophocles in Trachiniis, ἀνάλγητα γὰρ οὐδ' ὁ παντακραίνων βασιλεὺς ἐπέβαλε θνατοῖς κρονίδας, ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ πᾶσι κυκλοῦσι, μένει δ' οὔτε αἰόλα νὺξ, βροτοῖσι, οὔτε κῆρες, οὔτε πλοῦτος, ἀλλ' ἄφαρ βέβηκε, Spe ſoli qui priere carent, Theocritus, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες, Sophocles in Aiace, οὐκ ἔστιν ἀνέλπιστον οὐδὲν,

ELEGIA XXIIII, Et lacrymas tanquam mœſta puella darem, Sophocles in Trachiniis, ὅστις ὥστε παρθένος βέβρυχα κλαίων, Quem iambum noſter Cicero ſic interpretatus eſt, Heu uirginalem me ore ploratum edere, Mater ἰὼ Mater, Euripides in iphigenia μῆτερ μῆτερ, Heu mea q̃ paruo tempore. Idem in Pheniſſis, μᾶτερ, ἀλλὰ σύ μοι

© Biblioteca Comunale Sassari

χαῖρε, οὐκέτι εἰμὶ παῖς σός.

ELEGIA XXV, Eſt ne hæc ira deum? Teucer in Sophoclis Aiace, Credit, omnium Rerum bonarum ac Malarum deos eſſe Autores, ἐγὼ μὲν ἂν καὶ ταῦτα, καὶ τὰ πάντα ἀεὶ φάσκοιμι ἂν ἀνθρώποισι μιχανᾶν θεούς, Quod ad ſua ſacra apud Euripidem enim in Hippolyto uenus ipſa ſic loquitur, σφάλλω δ᾽ ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα, Heu perii, heu perii, Sophocles in Trachiniis, ἰοὺ ἰοὺ δύστηνος οἴχομαι, τάλας ὄλωλα ὄλωλα, Lux fugit, φέγγος οὐκέτι ἐστί μοι, Nox tenebroſa uenit, Euripides in Hippolyto, αἶ αἶ κατ᾽ ὄσσων κιχάνει με ἤδη σκότος, O ubi uires, λάβε πάτερ μου καὶ κατόρθωσον δέμας, Tartarei cape me regia nigra Iouis, Sophocles in Trachiniis, ὦ ἄναξ Ἀΐδη δέξαι με, Item in Aiace, ἰὼ σκότος ἐμὸν φάος, ἔρεβος ὦ φαεννότατον φῶς ἐμοί, Acapite acapite infelicem, ἕλεσθέ με ἕλεσθέ με οἰκήτορα ἕλεσθέ με, O manus o digiti idem in Trachiniis, ὦ χέρες χέρες, ὦ νῶτα, καὶ στέρνα ὦ φίλοι βραχίονες, Aſpiate aſpiate o lacerum, ἰδοὺ ἰδοὺ θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας, ὁρᾶτε τὸν δύστηνον ὡς οἰκτρῶς ἔχω, Quis nam tam barbarus Hoſtis Sophocles in Aiace, οἷος ὤν, οἵως ἔχεις, ὡς καὶ παρ᾽ ἐχθροῖς ἄξιος θρήνων τυχεῖν, Vt uana umbrarum nos, Verba ſunt Vlyſſis ad Mineruam, apud Sophoclem in Aiace, ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἄλλο πλὴν εἴδωλα ὅσοι περ ζῶμεν, καὶ κούφην σκιάν, Nemo de hinc, Verba ſunt Palladis ad Vlyſſem, τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν, ὑπέρκοπον μηδέν ποτε εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος, μηδ᾽ ὄγκον ἄρῃς μηδένα.

ELEGIA XXVI, Lætt alis, Sophocles in Aiace, ἰὼ σκαμάνδριοι γείτονες ῥοαί, εὔφρονες Ἀργείοις, Non unq̃ uobis, apud eundem Aiax ſic loquitur, ἀλλ᾽ οὐκέτι με οὐκέτι ἄνδρα με τόνδε ἴδητε, ἔπος ἐξερέω μέγα, οἷον οὔτινα Τροία στρατοῦ δέρχθη χθονὸς μολόντα ἀπ᾽ Ἑλλάδος, Marmoreæ turres, Euripides in Hippolyto, ὦ κλεινὰ Ἀθηνῶν Παλλάδος τ᾽ ὁρίσματα, οἵου στερήσεσθε ἀνδρός, οὔποτε ἄνδρα σωφρονέστερον ὄψεσθε.

ELEGIA XXVII, Quid non longa dies? Sophocles in Aiace, ἅπανθ᾽ ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος φύει τ᾽ ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται, Item, πάνθ᾽ ὁ μέγας χρόνος μαραίνει, Ingenii nunq̃ fama, Theognis? ἀρετῆς δὲ μέγα κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται.

ELEGIA, XXVIII, Apud Euripidem in Hecuba, & apud Virgilium in Tertio interfecti Polydori Anima loquens inducitur,

ELEGIA, XXIX, Romano paſſim, locus ex Theognide ſumptus, Κύρνε κατ᾽ Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος, ἠδὲ διὰ νήσους, Non mulo Hiſpano, non Aſturcone Britanno, οὐχ ἵππων νώτοισιν ἐφήμε-

© Biblioteca Comunale Sassari

νος, Sed uiridi cinctus, ἀλλά σε πέμψω ἀγλαὰ μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων, Dum Latii in terris, πᾶσι γὰρ οἷσι μέμηλε καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδὴ, ἔσῃ ὁμῶς, Et gemino tellus Itala, ὄφρ' ἂν γῆ τε καὶ ἠέλιος Hæc ſunt SERIANE Princeps, quæ de græcis Autoribus noſter Pōponius Gauricus ad rem ſuam doctiſſime tranſtulit, Et quæ Ego tibi quia Paulo remotiora uidebantur, nota eſſe uolui, Quæ autem de latinis noſtris Poetis, Lucretio, Catullo, Virgilio, Tibullo Ingennue uel atteſtatur, uel uſurpant. Quoniam manifeſtiſſma eſſe ſcio: Non opus eſt ut a me tibi demonſtrentur, Paucos uero locos in quibus uel offendi, uel præter labi quiſpiam poſſet, Hic infra ſubadnotandos curaui, Vt nihil plane remaneret, Quod intelligentiam tardare tuam poſſit, Et Pomponii noſtri Elegos etiã atq; etiam tibi placere non faciat, Fit enim hoc MISERIANE, Vt quemadmodum Muſicorũ cantiunculæ magis delectant, Quum earum uerba tenemus, Sic & Poetarum libelli magis placeant, Quum, quod illi dicere uoluerint, percæperimus.

ELEGIA Prima. Duro robore nati, Hiſpanienſis contumelia Ex Virgilii uerſiculo ſumpta, Genſq; uirum truncis & duro robore nata, Aetatem conſumpſimus: Septẽ annos, ſecundũ enim non nullus ut ſcribit Apollodorus Onirocrites in. iiii. Aetas ſeptem Annis conſtare dicebatur.

ELEGIA II. Nunquam talis erat ſoluere, Attiaſmos eſt, οἷός τε pro δυνατὸς λύειν, id eſt potens ſoluere.

Atram horrere colubram, Serpentes enim noſter Pomponius, q̃ maxime exhorreſcat Certus amor populis, Dido regina moriens, ut eſt apud Virgilium, Non iam ita teſtamento cauiſſet, Nullus Amor Populis nec fœdera ſunto, Innuit uero dominã ipſam Iberica origine Carthaginenſem, & propterea erga ſe Romana ſtirpe genitum Perfidã.

ELEGIA IIII. Auſa quod & feſtis coniux agit atra diebus, Ex conſuetudine Nigrorũ Aethiopum, Qui in urbe Neapolitana diebus feſtis feriati, Saltantes incedunt, ac mulier quaſi Amore deficiens In proximum uirum ſe ſe miſerabiliter coniicit, Sic uenus, Atrox in Dominam cauillus, Non mirũ ſi nunc hoc in Terris facit, Nã & in Cœlo quũ Venus cœleſtis erat, idẽ faciebat Relictis. n. diis ſuperis ad Mortales Anchiſen & Adonin Paſtores deſcendebat, Nec dum ſuorũ oblita morum eſt, Venus, αὐτὴ οὖσα ἀφροδίτη.

ELEGIA VI. Horrendum, τραγικῶς Fortius τραγικώτερον, Eſſet ut in toto notior orbe Fides Aeneas enim Religionem Phrygiamq; Theologiam primus in Italiam aduexit, Quam Populus Romanus ſanctiſſime cuſtodiuit, Et adhuc Nos



© Biblioteca Comunale Sassari

magna ex parte eam tenemus.

ELEGIA VIIII. Ad Auratos oſcula ferre Pedes. Hiſpanienſis Mos eſt, dicere, ſe oſculari Manus & Pedes.

ELEGIA X. Tergeminæ Diuæ, Superioribus Annis multas De Dominæ laudibus Elegias ſcripſerat, Harũ, Tres nunc Cõmemorat. Huius autem quæ inſcribitur GRATIAE, Principium tantummodo recitat, Ne quia lõgior erat, audientem faſtidiret, Et quæ nam eſſet, quia illis uerſibus paulo apertius deſignabatur, Homines intelligere aliquo Modo poſſent, Aglaia propter ingentes Diuitias, Euphroſyne, propter Animi bona, Thalia, propter Corporis Pulchritudinem, quæ Sigillatim in ipſa Elegia Continebantur.

Vltro Spectandam, Vt in ſequendi Elegia quæ inſcribitur Epiphania.

Certabas Maior. ut in Altera, cuius titulus,

CONTENTIO.

ELEGIA XII. Seu tu candentis Secundum eos qui Locum Animarum conſtituerunt in Summo Cælo quod Empyrion uocãt Supra Planetas, Zodiacum, & Stellas fixas, Seu colis, Secundum eos qui infra Lunæ globum in ſumma Regione Aeris Beatarum Animarũ ſedem eſſe uoluerũt.

ELEGIA XV. Virginibus Meliſſis Apibus ideſt cæra, Filia mixta patri ideſt Mirrha, Licophronis Poetæ paulo obſcuriorem ut ſcis Stilum imitatus.

ELEGIA XVI. In Verbo SEQVANOS ſuo iure primam Vocalem. E, in Tanta celeritate corripuit, STIRPS ultima Regum quia Tarquinus Superbus. XIIII. Anno poſtq̃ Vrbe expulſus fuerat, Cumis moritur, Et GAVRICVS græca interpretatione SVPERBVM Significat, Ex ipſa Loci in quo Romanus Rex Exul Vixerat, Vicinitate, Et cognominis ſui Similitudine, Vult Videri Se ab ipſis Tarquiniis Regibus originem trahere.

ELEGIA XVIII. Gaudinæ Rupes Pomponii cubiculũ ab oriente æſtiuo Latam feneſtram habet, ex qua recto proſpectu Samnitium Montes et Caudinæ Furcæ proſpiciũtur, Intra quas. SP. Poſthumius Conſul cum toto exercitu Sub iugum miſſus, Amarior, miſerabilior, infelicior, Cecropii Cothurni, Athenienſium Poetarum atq; Euripidis Traghœdiæ.

ELEGIA XIX. Aſper & indomitus Terga Vehebat Equus, ſecundum enim Apollodorum Onirocritem qui De Somniorum ratione Conſcripſit, Equus Somno uiſus Mulierẽ repreſentat, Non indo Dente, politum Quale fuit Thetidis et Pelei apud Catullum, Qui Tanto Sempre honore, te Colui, Fuit enim Noſter Pomponius Lectu-



© Biblioteca Comunale Sassari

lorum Studioſiſſimius, Adeo ut propter miram Varietatem atq; elegantiam Ab Elyſio Pogo Lectorum Deus ſit Appellatus, Nam pariter Muſis, Inſcriptio quidem hæc erat, Ὕπνω καὶ μούσαις, καὶ χαρίτεσι θεοῖς.

ELEGIA XXII. Pulcherrimam Controuerſiam De Humanæ uitæ Miſeriis Continet, Quatuor enim Amici qui ad ægrotum uiſendum uenerant, Diſſerentes introducuntur, Decius Apranius Adoleſcens, CAtiſſus Stoicus iam Seneſcens LVpianus Altilius Pauper. Ferdinandus Seuerinius, Salernitanor. Princeps.

ELEGIA XXIII. Vrbis ſteterant ubi tecta uetuſtæ, Vbi Palæpolis fuerat.

ELEGIA XXVI. Vrbs male uirgineo de Nomine, Parthenope, Noua Mœnia, Neapolis, Triſtitiæ maxima cauſa meæ, Pauſilypus quidem παῦσα τῆς λύπης, Nunc non PAVSA SED CAVSA meæ Triſtitiæ.

ELEGIA XXVII. Hanc Elegiam De Rerum humanarum Mortalitate, Scimus iampridem ab Adoleſcente Pomponio ſcriptam Eam hic Phrenetica Febre Correptus ſibi decantat.

ELEGIA XXVIII. Cui mea cuncta dabam Cui non iam eram πολύδωρος, Sed παντάδωρος, cui non multa, Sed omnia mea dono dederam.

ELEGIA Vltima. Hæc Didaſcalica eſt ad

Virtutem Heroicā, In q̄buſdā uero Propriis Nominibus, Vulgarem potius conſuetudinem, antiquā q̄ Appellationē ſequitur, Itaq; Halenthum potius dicit q̄ Halethen, Et Synnum potius q̄ Syrin Nobiles Lucaniæ noſtræ fluuios, propter pleniorē, ut arbitror ſonum, Præterea quaſdam dictiones uulgo uſitatiſſimas ſumma cū Ratione uſurpat, ut in ELEGIA XXV. Dolentis apud Græcos Aduerbium Αἶ, quod apud eos tam frequens eſt, Et Nos uulgo reſoluta Diphthongo, Priſcorum More proferimus, Hiſpanienſium more mulierum, apud quas forſitan Lamentabatur, aptiſſime geminauit, AI. AI. Me miſerum.

In Magico autem Sacrificio. ELEGIA XV. Hoc uerbum dii ter repetitū, tum propter ſacrorū rationem, In quibus diuina nomina ter repetūtur, tum etiam propter ter nos ipſorum deorum quos inuocat ordines.

In bellico Furore ELEGIA XVI. Verbū hoc, ARMA propter uocalis ultimæ colliſionem, Monoſyllabum factum, quinquies quod in tanto deſiderio fieri ſolet, conuenientiſſime geminauit, Ad hæc ego tam minima nunquam Deſcendiſſem SERIANE Princeps æquiſſime, Niſi quoſdam Iniquiſſimos criticos audiuiſſem, qui cenſerent tam crebram dictionum geminationem & tam humilē uulgaritatem ſibi nullo modo placere, quare autem

© Biblioteca Comunale Sassari

*non placeret, nullam aliam rationem afferre poterant, Niſi hanc, quia non placeret, Seànos Imperitorum hominum ineptiſſima Iudicia ualere ſinamus. Ipſum unum Pomponium Gauricum, Qui ſolus (meo iudicio) doctiſſimus atq; elegantiſſimus eſt, Audiamus, ſemper atq; Amemus.*

*Vale.*

NEAPOLI PRIDIE CALENDAS IVNIAS. M D XXIII.

© Biblioteca Comunale Sassari

© Biblioteca Comunale Sassari

L.6

20067
8-4-81

© Biblioteca Comunale Sassari

BIBLIOTECA COMUNALE DI SASSARI

© Biblioteca Comunale Sassari

© Biblioteca Comunale Sassari